



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

159. fer. 6. Quomodo orandus Deus, ut nos emundet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 5. Dom. 5. post Pascha. 277

*tollite manus vestras in Sancta. 2. Per scalam Præceptorum ejus. 3. Saltu, ad quem requiritur depositio oneris, inclinatio corporis, & terræ calcatio, seu mortificatio carnis, humiliatio Spiritûs, contemptus mundi. 4. Cuisu affectuum virtuosorum. 5. Volatu columbæ, aquilæ, phœnicis, seu contemplatione altiore. 6. Incorporatione, quòd petijt Christus, ut unum sint: & Paulus ait: Vos estis Corpus Christi, cui incorporabor usu Sanctissimæ Eucharistiæ, optando eam recipere, ut pater coelestis Christû coelos primû intrantem, & me solabor verbis S. Chrystomi hom. 45. in Joan. *Vt serra nobis cælum sit, facit hoc Sacramentum.**

MEDITATIO CLIX.

Feria 6. Domin. 5. post Pascha.

Quomodo orandus DEVS, ut nos emundet.

Collocabo me in primo Angelorum choro, primæ Hierarchiæ, cujus est omnia emundare, quia Deus est actus purissimus, ad Hebr. 1. Petam intelligere, quænam emundanda sint.

Conf. I. Septem esse vitia capitalia emundanda. Superbi orent sanctificari nomen Dei, quod facit humilitas. Avari: *Adveniat Regnum tuum, quod promittitur pauperibus Spiritu.*

278 *Feria 6. Dom. 5. post Pascha.*

Spiritu. Invidi, & ex bono proximi afflicti: *Fiat voluntas tua*, quod promittitur misericordibus. Libidine impugnati: *Panem nostrum, &c.* Sensus coelestes, qui reprimunt terrenos. Ira infestati, *Dimitte nobis, &c.* Quod promittitur mitibus. Gulosi, *Et ne nos inducas, &c.* Quia primi parentes periere tentatione. Acediosi, *Sed libera nos à malo*, quia tedium in rebus divinis malorum origo est.

Conf. 2. Contra originem malorum venialium septem petitiones servient, 1. Contra respectus humanos, 2. Contra raram mentis elevationem ad Deum pro auxilio orandum. 3. Contra negligentiam utriusque examinis. 4. Contra contemptus rerum, quae non habent manifestam culpam. 5. Contra libertatem linguæ, & sensuum. 6. Contra neglectum. 7. Contra occupationem in rebus inutilibus, seu otium.

Conf. 3. Ad tollendam etiam poenam pro culpis illud Pater noster, &c. S. Mechtildis l. .c. 10. Offerendo sanctitatem Filij, ejus desideria coelestia, conformitatem cum Deo, desiderium communicandi se nobis, orationem pro inimicis, remedia contra tentationes, & victorias contra easdem, ut mihi ignoscat, quidquid in his septem deliqui, quod orabo per merita Angelorum primi chori, dicendo Pater noster. &c.

MED.